1454

Kazimirus Dei gra Rex polonie magnus dux
Lithwanie, prussieqz dominus et heres etc. Signifi-
camus tenore presencium quibus expedit universis Quomodo
pro nostra et dictarum prussie terrarum necessitate apud
Famosos et Circumspectos proconsulem et Consules Civitatis
nre Gedanen duo millia florenorum Hungaricalium
puri auri et iusti ponderis mutuo recepimus et effectualiter
per honorabilem Paulum Grabowski Canonicum Ecclesie Sancti Geor-
gii in castro Gneznen et Thesaurarium Curie nre fidelem
dilectum levavimus thesauro nro infiscandos. Ideo huiusmodi
duo millia florenorum prefatis proconsuli et consulibus
Civitatis nre predicte ad festum purificacionis beate virginis
marie proxime venturo in verbo nro Regio solvere spondemus
promittimus et obligamus presencium Harum quibus Si-
gillum nrum presentibus est appensum testimonio litterarum
Datum in Thorun dominica die ante festum Sancti Dominici
confessoris Anno domini millesimo quadringentesimo quin-
quagesimo quarto

2

1454

I